



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXXIII. Ne clerici comam nutrient.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

HONORIVS P. III. OXONIENSE. FRIDERICVS II. IMP.
HENRICVS III. R. ANGLIAE. 253

ANNO CHRISTI
1222 oleo aliquid exigatur , cum toties hoc prohibitum
esse reperiatur.

XXX.

Ceterum districtius duximus inhibendum , ne
archidiaconi vel decani bonum pacis impediri fa-
ciant : & si aliquando discordantes adinuicem vo-
luerint concordare , licentia petita , liceat partibus
aliter per compositionem discedere quandocum-
que voluerint , si tamen causa compositionem ad-
mittat : nec propter hoc aliquam pœnam eis inflig-
ant , nisi eis constiterit de iniustitia actoris vel rei .
Sed nec aliquem ad suggestionem præconum suo-
rum ad purgationem compellant , nisi apud bonos
& graues fuerit primo infamatus .

XXXI.

Nec in causa sua præsumant pariter esse iudices
& actores , videlicet cum dubium venerit vtrum
quid ab eis exigere debeatur .

XXXII.

Vt clericalis ordinis honor debitus seruetur ,
auctoritate præsentis Conciliū decernimus , vt tam
archidiaconi quam decani , & omnes alii in perso-
natibus & dignitatibus constituti , & omnes decani
rurales & presbyteri decenter in habitu
clericali , & cappis clausis vtantur . Idemque obser-
uent officiales episcoporum & archidiaconorum ,
dum fuerint in consistorio .

XXXIII.

Et nec ipsi nec alii clerici comam nutrient , sed
honeste tonsi & coronati incedant , nisi forte iu-
sta causa exegerit habitum transformare . A crapula

Ii ij

quoque & ebrietate & aliis, quibus honestas eorum deformatur, omnino clerici se abstineant vigilanter: ad quæ omnia studiose obseruanda, secundum formam Concilii generalis, a superioribus suis compellantur.

X X X I V.

Addentes, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitiis suis tenere publice concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad easdem.

X X X V.

Et si forte concubinæ eorum, monitione postea proposita, ab eis non recesserint, ab ecclesiis Dei, quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta: & si nec sic duxerint abstinendum, excommunicationis mucrone percellantur, & tunc demum contra eas inuocetur brachium sacerdotale. Ipsos autem clericos per subtractionem officii & beneficii, canonica admonitione præmissa, volumus coerceri. Item licet legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter obseruari, nolumus tamen quod concubinis suis aliquid relinquant in testamento suo: quod si fecerint, illud arbitrio episcopi conuertatur in vsum ecclesiæ, in qua rexit defunctus.

X X X VI.

Ecclesiarum autem indemnitatibus consulere cupientes, præsentis Concilii auctoritate duximus statuendum, ut nullus abbas, nullus prior, nullus decanus vel archidiaconus, vel alias habens per-